Q. D. B. V.

DISSERTATIONEM JURIDICAM
DE

USU PRACTICO ET AEQUITATE

LEGIS INVITO. LXIX. ff. DE REG. JUR.

QUAM

EX DECRETO ET AUTORITATE
ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS
LIPSIENSIS

PRÆSIDE

DN. Gottlob THOMASIO,
J. U. ET PH. D.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT,

ERNESTUS MICHAEL WEIDNER,
GOTHANUS.

DIE XVI. JANUAR. MDCCXXVII.

LIPSIÆ,
LITERIS ANDREÆ MARTINI SCHEDII.

6

Digitized by Google

VIRO

CONSULTISSIMO EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMOQUE

DOMINO

FRIEDERICO ALEXANDRO KÜNHOLD,

JCTO CELEBERRIMO

PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO

NEC NON

FACULTATIS JURIDICÆ LIPSIENSIS ASSESSORI

Digitized by Google

PATRONO PRÆCEPTORI
AC
HOSPITI AD CINERES USQUE COLENDO
HANC
DISSERTATIONEM
IN ANIMI GRATISSIMI SIGNUM
PIA AC DEVOTA MENTE
OFFERT ET CONSECRAT
ADJECTO VOTO ARDENTISSIMO
UT DEUS OPT. MAX.
IPSUM
IN SEROS USQUE ANNOS SOSPITEM SEMPER
ET FLORENTEM CONSERVET
D. D. D.

ERNESTUS MICHAEL WEIDNER.

PRÆFATIO.

NOn tam, ut directe Jus Saxonicum, Jus Romanum hodie ſæpe reprehenditur, quam ut Jus civile Romanorum novitatis gratia impugnetur & emendetur, hoc a multis contemnitur & uno impetu in exilium mittitur, (a) licet non tantum majori, utplurimum, quam in id invehuntur, prudentia atque eruditione conditum ſit, ſed etiam fundamentum pene totius noſtræ Juriſprudentiæ ſiſtat, prout *Dn. Thomaſius* dicit. (b) Ratio primaria hæc eſt: Legiſlatores noſtri adhuc vivunt, & cum effectu Jus ſuum defendunt atque defendere poſſunt, Imperatores vero Romanorum una cum JCtis, qui leges civiles compilarunt, mortui ſunt, ſuaque confirmare nequeunt, contra eas itaque genio ſuo quilibet indulgere & pro more ſeculi in Juriſprudentia aliquid reprehendere poteſt: Secundaria

(a) vide Programma meum de καινοφιλίᾳ Lipſ. 1726. editum.

(b) in diſſert. ſua, An legum Juris Juſtinianei ſit frequens an exiguus uſus practicus in foris Germaniæ §.I. Ibi: ex legibus Imperii, ex conſtitutionibus ſtatuum Imperii Provincialibus, imo ex quotidiana experientia evidentiſſime conſtat, Jus quo hodie in Germania utimur, eſſe concinnum, perplexum, ex moribus patriis partim, partim ex Jure peregrino, videlicet Juſtinianeo & Canonico compoſitum.

daria ratio in hoc abſolvitur; Status Romanorum aut hodie eſt mutatus, aut noſtra natio a Romanorum gente & conditione parum vel multum receſſit, ac adhuc recedit. Leges Quiritum itaque vel emendandæ, vel meliori, quam fieri ſolet, modo, de noſtro ſtatu intelligendæ & non applicandæ ſunt. Id quidem certiſſimum eſt, genium Imperii noſtri hodierni, introducto Jure peregrino, quam maxime immutatum eſſe, imo noſtrum Jus ſcriptum, quod ex conſuetudine ortum erat, (c) prorſus ſupprimi, & ſtudium Juris difficillimum reddi cœpiſſe, cum ſtudioſa juventus in Academiis magis Juris Canonici civilisque quam proprii imbuta principiis, ſucceſſive in Reipublicæ gubernacula & ordinem docentium, vel pro aliis poſtulantium & judicantium, recepta ſit: Non tantum enim tunc aliter quam fieri debebat, dijudicabantur, & intelligebantur, ſed etiam docebantur leges patriæ, usque dum demum hodie genuina principia prorſus oblivioni data ſint, nam receptum eſt, & adhuc hodie in tantum valet, utrumque Jus peregrinum, in ſubſidium ſaltem, ita ut locum unice habeat ubi deficit Jus patrium, juventus autem legum cupida in Academiis non ſolum ad mores patriæ, ſed etiam ad Jura Canonica & Juſtinianea cognoſcenda ita perducebatur, ut ab initio mores patrii, qui non lege expreſſa vel tacita conſuetudine abrogati eſſent, regulæ & fundamenti loco, exceptiones vero ab illa regula ex Jure Canonico & Juſtinianeo exponerentur, donec ſucceſſive in Academiis Principum & Statuum proteſtantium Jus Juſtinianeum ultra ſeculum fundamenti loco ad ductum Inſtitutionum, Pandectarum atque Codicis, incidenter vero cum differentiis Juris Canonici & patrii expoſitum ſit, prout jam fieri ſolet. (d) Aſt licet hæc ita ſe habeant, & licet Jus Juſti-

(c) Dn. Kemmerich. in acceſſionibus Inſtitutionum Proœmio Tit. 6. §. 1. Struv. Hiſtoria Juris cap. 6. §. 2. p. 412. Sachſen-Spiegel, Vorrede, dieſes Recht habe ich ſelber nicht erdacht, es habens vor Alters auf uns gebracht unſere gute Vorfahren ꝛc. Lehn-Recht. Art. 1. Gloſſ. ad Land-Recht Lib. 1. art. 55.

(d) plura vide in Dn. Thomaſii Diſſertatione cit. loc.

Juſtinianeum,(e) unacum Jure Canonico (f) non in omnibus obſervandum ſit, id tamen hodie ad Jurisprudentiam LL. noſtrarum multum conducit, & non plane exiguum præſtat uſum, quamobrem id non ſtatim aut temere rejiciendum, ſed utile potius duco, in ſingulis legibus oſtendi, quomodo in foris noſtris utrumque Jus vel uſum adhuc vel nullum habeat. Partem hujus laboris in me ſuſcepi, in diſſertatione mea præſenti, uſum practicum atque æquitatem *legis 69. ff. de R. J.* ſiſtens, præmonitis neceſſario præmonendis, præmiſſo ſtatu cauſæ, recenſitis objectionibus, eisque breviſſime diſſolutis. Eo magis etiam explicationem legis alicujus in ſpecie, & præprimis hujus ex quatuor tantum verbis conſtantis, comprehendere poſſunt limites diſſertationis, quia ingentem titulum vel materiam Juris Civilis tali proponi poſſe modo quotidie videmus, v. g. in Diſſertationibus *Dn. Thomaſii*,(g) *Schræteri*, (h) *Lauterbachii*,(i) aliorumque. Denique fretus auxilio ſummi Numinis ad rem ipſam me converto.

§. I.

UT ordine progrediar dicendum eſſe duco, quod mihi uſus practicus Legis ſit, Jus, quod in foro uſum ſuum quovis modo præſtat. Ex qua definitione fluit, me ſimul de uſu practico Juris cujusdam in foro ſeu in tribunalibus & judiciis

Definitio uſus practici legis.

(e) vide Dn. Thomaſii Programma X. ſive Vindicias ſolidas ſed modeſtas, corollarii: de exiguo Pandectarum uſu in foris Germaniæ adverſus objectiones & contumelias programmatis cujusdam Wittebergenſis 1692.

(f) vid. Dn. Bœhmeri Diſſ. de praxi Juris Can. in terris proteſtantium.

(g) de uſu practico tituli Inſtitutionum de adoptionibus, it. de uſu practico diſtinctionis hominum in ingenuos & libertinos, it. de uſu practico tituli Inſtitutionum de his qui ſui vel alieni Juris ſunt, it. de differentiis Juris Civilis & Canonici in doctrina de teſtamentis, it. de uſu practico tit. Inſtitutionum de patria poteſtate &c. &c.

(h) de adoptionibus Jure Civ. & moribus Germaniæ uſitatis.

(i) de differentiis Juris Communis & Würtembergici in cauſis criminalibus.

ciis recepto, h. e. de utilitate legis alicujus forenſi dicere decreviſſe: unde nolo fruſtra hic circa ea quæ vulgaria & levia ſunt cunctari, præprimis cum alii, in Diſſertationibus ſuis de ſimili materia agentibus, hæc non meliori ſed prorſus nulla dignati ſint definitione, prout patet ex *Dn. Thomaſii* (k) & *Dn. Dreſſelii* (l) Diſputatione. Conſtat ergo ex ſuperioribus, quod huc applicari nequeat definitio uſus a *Knichen* (m) exhibita: *Uſus eſt experientia, qua quis res vel ipſe geſſit varias, vel ab aliis geſtas vidit & obſervavit.* Porro quoque non ago de uſu in quo ſenſu a *Tabore ſumitur.* (n) Simili enim modo *Maſcardus* (o) & *Papa* (p) de alio uſu quam ego loquitur, nam hi, de nullo alio uſu quam de uſu pro conſuetudine accepto, quædam proferunt, de quo mihi ſermo non eſt. Neque de uſu dico, quo ſenſu venit in Inſtitutionibus, (q) Digeſtis, (r) Codice (s) & a DD. ad hæc volumina, nec non in *Scaccia*, (t) *Harpprechto*, (u) *Tiraquello*, (x) *Barboſa*, (y) *Vigelio*, (z) *Schultes* (a) & *Carpzov*, (b) quatenus nimirum eſt ſpecies ſervitutis.

(k) de uſu practico accuratæ diſtinctionis inter emtionem cum pacto de retrovendendo, & contractum pignoratitium, it. de uſu practico Inſtitutionum de legitimatione, junctis ſupra citatis, de uſu practico agentibus.

(l) de adjectitiarum qualitatum earumque uſu hodierno actionibus.

(m) in opere Politico Prœm. th. 4. p. m. 6.

(n) in Conſult. 180. n. 5. ubi dicit: Efficacem autem eſſe, communem uſum, ſi per longum tempus invaluerit.

(o) de probationibus Concluſ. 1130. n. 16. in verbis: Nam communis loquendi uſus etiam cuilibet propriæ verborum ſignificationi anteponendus eſt.

(p) in Deciſ. Quæſt. 631. n. 14.

(q) Lib. 2. Tit. 5.

(r) Lib. 7. Tit. 8.

(s) Lib. 3. Tit. 33.

(t) de commerciis §. 1. Qu. 7. Par. 1. p. 144. n. 61.

(u) Conſult. Crim. & Civ. p. 1510. n. 63.

(x) de retractu §. 1. Gloſſ. 7. n. 41.

(y) in Axioma: c. 48.

(z) Methodi Juris Civ. P. 3. L. 7. C. 33.

(a) Loc. Com. ſub voce Uſus. no. 3.

(b) Def. Conſiſt. L. 2. Tit. 23. Def. 364. no. 1. Idem de Lege Regia c. 4. S. 4. no. 5. & 9.

virtutis. Denique uſum in eodem ſenſu non accipio, in quo *Marquardus* (c) eum habet, ibi enim dicitur tantum de uſu domeſtico quoad cereviſiam coquendam: Sed quemadmodum accipitur a *Brunnemanno* (d) atque, prout de non uſu in *l.* 1. §. 2. *ff. de migrando. infrequens*, de uſu vero *perennia* in *l.* 2. *C. de diverſ. reſcript.* aut a *Carpzov* (e) quod leges vim ſuam non amittant privatorum non uſu, dicitur.

§. II.

Monentibus Imperatoribus Conſtantino M. & Licinio (a) atque JCtis *Paulo* (b) & *Ulpiano*, (c) in omnibus rebus quæ a legibus civilibus palam non ſunt definita, (d) præcipua eſt Juſtitiæ æquitatisque quam ſtricti Juris ratio Judicibus habenda. Nec obſtat *l.* 1. *C. de LL.* ſi jungamus notas *Dionyſ. Gothofredi.* Eam itaque ob cauſam diſſertationem, de uſu practico & æquitate *Legis* 69. *ff. de R. I.* inſcribere, atque non ſolum æquitatem Juris ſtricti, ſed etiam illius quod Legis rationi innicitur æquitatem examinare debeo. Aequitas quidem vocatur ſumma (e) & naturalis ratio, (f) Juſtitia (g) naturalis, (h) naturalis æquitas, (i) Jus naturale, (k) bona fides, (l) benignius, (m) be- Definitio æquitatis.

B

(c) de Jure Mercat. L. 4. C. 7. no. 48.
(d) in Conſil. & Reſponſ. P. I. p. 431. ubi: non ſufficit unum præjudicium ad uſualem interpretationem. (e) Deciſ. 101. P. II. n. 23.
(a) in l. 8. C. de Judiciis. (b) in l. 90. ff. de Reg. Jur.
(c) in l. 4. §. 2. in fin. ff. de eo quod certo loco.
(d) exemplum vide in notis Dionyſii Gothofredi ad l. 90. ff. de R. J.
(e) l. 43. in fin. ff. de relig. l. 73. ff. de legat. 2.
(f) l. 4. pr. ff. ad L. Aquil. l. 7. pr. ff. de bon. damnat. pr. Inſt. de nupt.
(g) l. 8. C. de Jud. (h) l. 13. §. 7. ff. de excuſ. tut.
(i) l. 1. ff. de pact. §. 40. J. de R. D. (k) §. 41. J. eod. l. 11. ff. de Juſt. & Jur.
(l) l. 29. §. 4. ff. Mandati l. 57. ff. de R. J. Obſtare videtur l. 31 ff. depoſ. Sed bona fides ſumitur vel late vel ſtricte, priori modo eſt æquitas, poſteriori ab ea differt: Nam bona fides cum potiſſimum in animo contrahentium conſiſtat facti eſt. Æquitas vero eſt jus de facto ſecundum qualitatem cauſæ & circumſtantiarum leges applicando diſponens & decidens. *Noricus* in diſſ. de æquitate c. 1. §. 9.

(m) benigne, (n) ſeu benignitas (o) & humanitatis ratio, (p) æque, (q) ſeu æquitas: æquum, bonum, (r) utilitas communis, (s) religio judicantis, (t) vera non ſimulata Philoſophia, quæ ſui ſtudioſos ſacerdotes facit, (u) naturalis Juris moderamen (x) Legum ſimplicitas, (y) legis ſubtilitas, (z) Jus divinum, Lex divina, fas, (a) Dei humanitas, (b) benignior interpretatio, (c) gubernativa ſapientia. (d) Sed quid hæc ad me? cum tantum de æquitate *legis 69. ff. de R. I.* diſſeram. Dico itaque potius, quod æquitas in ſenſu latiſſimo, ſit ars æqui & boni (e) qua Judici magis ſequendum nihil eſt, (f) ita ut habeat rationem perſonarum, (g) & ſumat eam ex ipſa rerum natura (h) quoniam huic ſemper, etiamſi in illa errari poſſit, (i) ante oculos eſſe, (k) & a Jure imaginario probe diſcerni debet. Juris enim ſcripti duritiem & aſperitatem non niſi habita accurate ratione circumſtantiarum mitigat, v. g. ſi contingat, ut, quoniam nec plus aut minus in facto eſt, quam in Jure ſcripto, ſcripta lex facto controverſo proprie applicabilis videatur, & tamen ſi ratio legis ipſumque factum attentius examinetur, cum facto non conveniat. Prout hoc contingere poteſt, ſi lex in genere homicidium capitaliter puniri velit, cum interdum plane ceſſare debeat pœna, v. g. in homicidio neceſſario, ubi aliquis uſus eſt moderamine inculpatæ tutelæ. Deſcendit eam ob cauſam æquitas ex lege generali, quoniam a Le-

(m) l. 38. ff. de hered. pet. l. 18. ff. de L. L.
(n) l. 1. pr. ff. ut in poſſeſſ. leg. (o) Nov. 163.
(p) l. 38. §. 1. in fin. ff. ex quibus cauſ. mai. (q) l. 4. in fin. ff. ad L. Aquil. (r) l. 1. ff. de Juſt. & Jur. l. 91. §. 3. ff. de verb. obl.
(s) l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. (t) l. 13. ff. de teſtibus.
(u) l. 1. §. 1. ff. de Juſt. & Jur. (x) l. 5. C. de bon. quæ lib.
(y) & opponitur difficultati legum) §. 7. de fideic. hæred.
(z) §. ultim. d. t. (a) cap. 1. Diſt. 1.
(b) l. fin. in princ. C. de teſtam. (c) l. 192. §. 1. ff. de R. I.
(d) Nov. 98. ibique Gothofredus &c. (e) l. 1. ff. de Juſt. & Jur.
(f) l. 8. C. de Jud. & l. 90. ff. de R. I. (g) l. 14. §. 6. ff. de Religioſ.
(h) l. 14. §. 13. ff. cit. tit. (i) l. 91. §. 3. ff. de verb. oblig.
(k) l. 4. in fin. ff. de eo quod certo.

Digitized by Google

a Legiſlatoribus non omnes caſus deciduntur, ſed illi tantum, qui plerumque occurrunt. (l) Sumitur æquitas a me in ſtricto ſenſu, & eſt tantum ipſius legis ſcriptæ æquamentum ad utilitatem hominum reductum, (m) atque ferme idem, ac lex æqua, cujus definitionem *Dn.* Schaumburg (n) ſiſtit. Non itaque de ea dico, quæ extenſioni vel limitationi legis in caſu quodam ſingulari ob concurrentes circumſtantias ineſt & ſuppleri poteſt a Judice, (o) uti *in §. un. Inſt. de legit. par. tut. §. 5. J. de cap. dem. §. unic. J. de legit. patr. tut. add. l. 36. & 91. ff. de V. O.* ſed de ea, quæ ipſa lege operante in hac latet. Poteſt tamen definitio illius æquitatis apud *Gaill.* (p) & *Bodinum* (q) evolvi, vel ita ſuppeditari: *Æquitas eſt correctio juſti legitimi, ſeu poſitivi, ubi deficit propter univerſalitatem ſeu generalitatem.* (r) Explicat hanc definitionem *Noricus* (s) & cum ea convenit *Dn, Schrœteri* definitio. (t) Ratio, cur ego de alia æquitate verba faciam, hæc eſt, quoniam nimis prolixe eſſet dicendum, de æquitate hujus legis extenſiva, nam interdum Jus ſcriptum ſumma ſæpe eſt injuria, ſi nimirum ex ipſa lege ſubtiliter ducatur interpretatio (u) & non obſervetur æquitas. (x) Jus enim ſcriptum, ſive ſubtilis regula

(l) l. 10. ff. de LL. confer. Dn. Tentzel Diſſ. de neceſſaria legum civilium univerſalitate, & in ea adhibenda æquitate.

(m) *Gothofredus* ad l. 90, ff. de R. J.

(n) in diſſert. ſua Anti-Thomaſiana de æquitate & uſu practico l. 2. C. de reſcind. vend. §. 5. ibi: lex æqua eſt, quæ nulla duritia vel inclementia laborat.

(o) l. 11. ff. de LL. Nov. 98. pr.

(p) L. 1. obs. 150. no. 18.

(q) in diſſ. de benignitate in judicando adhibenda Th. 4. ibi: Benignitas eſt rigori inhumanitatis contraria.

(r) j. l. 91. §. 3. ff. de V. O. l. 32. ff. de pecul. l. 16. ff. de cond. & demonſtr.

(s) cit. loc. cap. 2. §. 4. ſeqq.

(t) in diſſ. de vero ac genuino juſti atque juſtitiæ conceptu cap. 2. §. 1. ibi: juſtum eſt, quicquid cum jure ſeu lege proprie & ſtricte ſic dicta convenit.

(u) l. 43. in fin. ff. de relig. l. 32. in fin. ff. de rebus cred.

(x) l. 14. ff. de diverſ. temporal. præſcript.

gula, & humanitas in *l.* 13. *ff. de lib. & poſthum.* ſibi quidem invicem opponitur ut ſexus maſculinus & fœmininus, ſed tamen non debet contra æquitatem interpretari. (y) Nam ideo Coriolanus in exilium miſſus eſt, quoniam nimis obſervabat leges. (z) Monendum autem eſt, quod Jura ſcripta, ſ. ſtricta ibi vocentur ſubtilitates verborum, vel apices Juris, prout in aliis legibus iterum aliter dicuntur, v. g. meræ actiones, (a) item ſubtiles rationes, (b) nimiæ ſubtilitates, (c) ſubtilitates Juris, (d) atque utilitates (e) & ita quoque a *Cujacio* appellantur (f) atque exinde etiam utiles actiones nomen acceperunt (g) Hiſce itaque, quæ ab aliis in ſimili theſi prorſus omiſſa ſunt, v. g. a *Balduino*, (h) *Gætz*, (i) *Dn. Kreſſio*, (k) & *Dn. Wagner*, (l) de æquitate expoſitis, propius pergo ad ſtatum controverſiæ formandum.

§. III.

Inviti atque beneficii Definitio & Initium explicationis *legis 64. ff. de R. J.*

Nunc itaque ex rubro nihil amplius explicandum ſuper eſſe video, quam quid *Lex Invito. 69. ff. de R. I.* & illa Juris regula, quæ fundamentum diſſertationis meæ conſtituit, in ſe contineat. Verum enim vero neque hic prolixus ero, cum quatuor verba legis per ſe fere clara, non adeo amplam exigant

(y) l. 29. §. 4. ff. mandati l. 17. ff. de injuſto l. 20. in fin. ff. de reb. cred. ubi dicitur; quod ſtricti juris rationi non magis inhærendum ſit, quam æquitati, quoniam hoc Jus tanquam nimis ſcrupuloſum non admittendum eſt. l. 33. ff. de excuſ.

(z) *Gothofredus* ad l. 8. C. de jud.

(a) l. 14. §. 13. ff. de religioſ.

(b) l. 51. in fin. ff. ad L. Aquil.

(c) l. 12. ff. de injuſto.

(d) l. 17. ff. eod.

(e) l. 18. in fin. ff. de Jud.

(f) ad Inſt. de Mandat. pag. mihi 119. lit. g.

(g) l. 11. ff. de præſcript. verb. l. 20. §. 2. ff. de ſerv. præd. urb. l. 18. in fin. ff. de Jud.

(h) in diſſ. inaugurali: de præpoſtera canonum quorundam æquitate.

(i) in diſſ. de æquitate Juris Lubecenſis.

(k) in diſſ. de æquitate ſucceſſionis conjugum.

(l) in ſchediaſmate: De arbitrio Judicis circa quæſtiones de præſtatione culpæ, in contractibus obvenientes, ſecundum regulas juſti & æqui regundo.

gant explicationem. Illud tamen præmonendum eſſe duco, quod lex ea in editione gloſſata ſeptuageſima ſit, eam ob cauſam, quoniam in ea, inter legem decimam octavam & decimam nonam citati tituli, una interjecta eſt, ſcilicet Lex *Si filius familias*, quæ in editione Holoandrina & Florentina prorſus deeſt (a) atque in ſe comprehendit verba *Pauli* JCti ex *l.* 78. *ff. de V. O.* deſumta, legique 18. *de R. I.* ſubjecta, quia poſterior prioris continet explicationem, uti prolixe tradit *Eichelius.* (b) Dicta autem hæc lex 18. *Si filius fam. ff. de R. I.* in editione quidem *Gothofredi*, ſed literis minoribus & per numerum non adjectum ab aliis diſtincta invenitur. Aſt ad eam redeo, quam mihi explicandam ſumſi, & ſequentes definitiones verborum legis præmitto, quo explicatio legis eo commodius fieri poſſit. Nam ut mens Legislatoris recte explicetur, verba prius enucleanda ſunt, quo ſtari poſſit finibus verborum, cum melius ſit ab iis non recedere. (c) Hoc autem optime perficitur, ſi verba legis ex aliis legibus interpretantur. Quamobrem definitiones ex illis deſumam atque ſtatim eas ſiſtam, quæ inter alias ex iisdem depromtas maxime legi exponendæ reſpondent, prout id ex inſpectione legis manifeſtum evadit. Non enim verborum interpretatio aliter fieri debet, quam habita illius ratione ad quod is, qui id protulit reſpexit. (d) Quia ea nusquam tantum valet, ut melior ſenſu exiſtat. (e) Invitus itaque mihi dicitur ille, qui, habens liberum voluntatis arbitrium (f) & moderamen, ſive libertatem aliquid agendi vel non agendi, hoc eligendi illud rejiciendi, averſationem ac diſſenſum ſuum, ſignis & præcipue reluctantia, ſive renitentia corporali, vel expreſſa contradictione, aut quovis modo alio, manifeſtat; aut, ille, qui, quod velle poſſet, non vult (g) & ſpecialiter prohibet, negotium ſuum geri, exemplum vide in *l. fin. C. de N. G.* ac huic annumera

(a) Gothofr. & Gloſſ. ad l. cit. (b) in tit. ff. de R. J. cap. 5 p. m. 198. ſqq.
(c) l. 40. §. 3. ff. de contr. emt. l. 1. §. 20. ff. de exercit. action.
(d) l. 59. §. 1. ff. ad SCtum Trebellian. (e) l. 3. C. de lib. præter.
(f) l. 32. ff. de A. R. D. l. 62. ff. de V. O. (g) arg. l. 3. ff. de R. J.

numera illum, qui non facit, quod facere poteſt (h) vel debet. (i) Et ex hac definitione conſtat, quod poſitive, pro eo, qui eſt liber voluntatis ſuæ moderator, accipiam invitum, ut definitio mea applicari poſſit ad *l. 69. ff. de R. I.* Huc itaque non ſpectat ille, qui privative invitus dicitur, in quo abeſt omnis conſenſus, prout furioſus (k) aut qui negative talis eſt, & voluntatem ſuam libere atque arbitrarie exercere non poteſt, prout infans, (l) ob innocentiam conſilii. (m) Neque huc pertinet ille, qui ignorat aliquid, (n) is, qui conſenſiſſe non probatur, (o) vel iſte, qui ex civilitate aliquid facere erubeſcit & illud tamen libenter fieri vult. Interdum enim contingit, ut accipiens magna cum civilitate id, quod ei ab alio tanquam donum offertur, recuſet, quod tamen ante oblationem jam appetierat & ſuum fecerat, nam ſtudet tantum per aliqualem proteſtationem ſe inſinuare danti, & nihilominus beneficium ſibi oblatum ambabus manibus arripere. Beneficium quoque a me in alio ſenſu, quam vulgo v. g. in 2. *F.* 23. & in Jure Canonico, (p) ubi pro præbenda ſumitur, accipitur. Eſt enim beneficium, benèvola legis actio, tribuens gaudium capientibus, ac concedens commodum, absque [prout in beneficio proprio, & hinc illud late interpretandum] vel cum alterius læſione, [veluti in improprio beneficio v. g. privilegio, quod ſtricte interpretandum] & injuria, contra & ultra Jus commune vel non, gratuito vel titulo oneroſo modo tendat in favorem accipientis (q) in id, quod facit, prona, & ſponte ſua parata. Ajo, quod *beneficium ſit benevola actio*, ſc. ex libertate deſcendens, quia ille, qui ex neceſſitate

(h) l. 17. §. 7. ff. de ædil. edict. (i) l. 19. in fin. ff. de ritu nupt.

(k) l. 5. ff. de S. P. U. (l) l. cit. (m) l. 12. ff. ad L. Corn. de Sicar.

(n) *Schræter* Diſſ. de his, quæ nobis invitis acquiruntur, §. 1. *Puffendorf.* de J N. & G. L 1. cap. 4. §. 10. Conf. *Röſner* Diſſenſ. 1.

(o) *Sichardus* in l. 17. invitus. C. de procurat. no. 3 p. 39.

(p) C. 32. X. de V. S. t. t. X, de præbendis & dignitat. it. de conceſſ. præbend. & Eccleſ, non vacant. in 6to. Plura vide apud Schultzen in Diſſ. de beneficio invito dato cap. 1. no. 47. & 1. ſeqq.

(q) conf. idem no. 22. 34. 38. 39.

ceſſitate aliquid facit, cum tamen regulariter nemo cogi poſſit ut alteri invito benefaciat, (r) non cenſetur præſtare beneficium. Facultas enim electionis proprie liberalitatem & beneficium efficit, atque ille qui beneficium invitus dat non dediſſe videtur, (s) & ne quidem liberalitati modus eſt a beneficiato ponendus. (t) Beneficium concedit *commodum.* Hominis enim ſemper intereſt beneficio affici (u) & ſi ejus non intereſt beneficium non adeſt. (x) Beneficium prout a *Paulo* (z) & a me ſumitur, interdum datur cum alterius *injuria* licet probare videatur *l. 74. ff. de R. I.* quod nemini beneficium alterius injuria debeat inferri. (a) Dico quod beneficium *gratuito*, (b) *vel titulo oneroſo* concedatur. Objici poteſt: id, quod non gratis fit, non eſſe beneficium (c) & quod v. g. feudum, titulo oneroſo acquiſitum, minus recte dicatur beneficium, cum ſi aliquis Romanorum ex neceſſitate ſervum manumiſiſſet, hoc non fuiſſet inſtar beneficii, quoniam Patronus libertum ſuum ex neceſſitate manumiſſum propter ingratitudinem in ſervitutem revocare non poterat. (d) Verum enim vero reſpondeo, quod in Jure feudum omne dicatur beneficium, licet quoddam ſit titulo oneroſo acquiſitum, (e) ſi nimirum utilitas ſuperat obligationem. (f) Porro ipſum Jus Civile, id, quod non gratuito fit, tamen dicit beneficium, & inter-

(r) can. 4. cauſ. 10. qv. 2. *Tabor* Deciſ. 140. n. 55. *Barboſa* axiom. 7. cap. 7. L. 2. voce: beneficium.
(s) l. 50. ff. de rit. nupt. l. 67. §. 1. ff. de legat. 2. l. 84. ff. de hæred. inſt.
(t) *Tabor* deciſ. 136. n. 51.
(u) l. 7. in fin. ff. de ſerv. export. l. 1. §. 3. ff. de peric.
(x) confer. *Barboſa* axiom. 3. l. c. (z) in l. 69. ff. de R. J.
(a) conf. *Tabor* Deciſ. 158. no. 113. *Carpzov* P. I. C. 26. Def. 18. n. 5. it. P. 2. C. 22. Def. 10. n. 5. *Brunnemann* in Cod. l. 9. Tit. 51. l. ult. n. 8. p. 1158. *Ziegler* Jus Majeſtatis 210. 229. *Brandmüller* ad Jus Can. voce: beneficium. Richter Centur. Reg. 18.
(b) Conf. *Antonii le Grand* Inſtit. Philoſ. cap. 26. no 5. p. m. 824.
(c) *Brunnem.* in Cod. 9. 7. 1. 2. 672. (d) l. 1. C. de lib. & cor. lib.
(e) *Barboſa* axioma 2. cap 7. L. 2. voce: beneficium.
(f) *Myler.* Hyparchologia cap. 3. §. 29. n. 85. pag. 93.

interdum etiam Libertum ex neceſſitate factum in ſervitutem revocari permittit. (g) Præterea quoque reliqua verba definitionis ſatis docent, quod hoc loco diſtinguatur inter gratuitum abſolute & certo reſpectu. Beneficium eſt *parata actio ad benefaciendum.* Nam fruſtra alicui benefacere cupimus, ſi non parati ſimus, ad liberalitatem erga illum exercendam, ad auxilia ferenda, & ad eidem ex gratia, quando exigitur ſuccurrendum. In hoc ſenſu beneficium ponitur in *l. 1. & 4. C. qui bon. ced. poſſ. l. 1. pr. ff. ſi a parent. quis manumitt.* & dicitur auxilium, (h) liberalitas, (i) donatum, (k) atque commodum. (l) Una quoque eademque appellatio beneficii & privilegii occurrit in *l. 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. 23. §. 1. C. de nupt. l. 3. ff. de Conſtit. princ. l. 38. ff. ex quib. cauſ. maj. l. 68. & 191. ff. de R. I.* quia plurima privilegia ſunt beneficia. (m) Præmiſſis his duabus definitionibus ad explicandam legem deſcendo, & quoniam, antequam in analyſi alicujus legis contenta legis exhibuerunt majores, ſcindendam illam, ſecandam & per partes reſolvendam eſſe exiſtimarunt, (n) ad eorum inſtitutum, partes prius recenſeo. Lex autem de qua ago conſtat parte, tum externa, tum interna. Externa eſt inſcriptio. Inſcriptio vero ſiſtit JCtum *Paulum*, ex cujus libro ſingulari *de adſignatione* libertorum, hæc lex in digeſta translata eſt. Quoniam tamen de *Julio Paulo* ejusque ſcriptis videri *Franck* (o) ac de ejus ſcriptis conferri poteſt *Labittus*, (p) illud ſaltem hoc loco adnotare licebit, quod ex ipſo Jure Civili conſtet: magna Paulum Juris Civilis ſcientia præditum fuiſſe, prout tam ipſius ſcripta, quam de eo ampliſſima teſtimonia *Juſtiniani* (q) *Diocletiani* & *Maximiani* (r) fidem

(g) in l. 3. ff. de obſequiis. (h) l. 37. ff. de minor.
(i) l. 19 §. 2. ff de donat. (k) l. 16. C. de Jur. delib.
(l) l. 5. ff. de bon. poſſ. contr. tabb. (m) a. §. 6. J. de J. N. G. & C.
(n) vid. *Harreſ* Specimina Jurisprudentiæ analyticæ pag. 3. ſeq.
(o) Vitæ tripartitæ JCtorum veterum R. cap. 73. B. cap. 25 Lib. 1 G. Lib. 2. cap. 10. §. 10.
(p) in indice legum pag. 7. ſeqv. qui ſimul oſtendit, quænam leges ex Pauli libris a Triboniano congeſtæ ſunt pag. 184 ſeq.
(q) in l. 6. C. de Nuptiis. (r) in l. 11. C. ad L. Corn. de falſ.

dem faciunt, licet omnes Pauli leges, obſcuritatis, ambiguitatis verborumque tenebrarum a *Bertrando* (s) accuſentur. Interna pars legis examinandæ exhibet regulam ſequentem: Beneficium in invitum conferri non poteſt. Inveſtigandus itaque verus & ſimplex non reſtrictus aut extenſus hujus regulæ ſenſus ex verbis ejus colligendus. Hoc ut fiat verba legis ſupra pro viribus inveſtigata conjungenda ſunt, quo rejecta omni abſurditate, ille ſenſus eliciatur, qui neque menti legislatoris, neque legis propoſitæ affinibus, præcedentibus, vel conſequentibus repugnat. Incivile enim eſt, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula ejus propoſita, judicare, (t) & interpretationem firmiorem atque validiorem, quæ ex ipſis legibus & omni ex parte legis deſumitur, ſeponere, quod ſimplex interpretatio legis, omnibus reliquis interpretationis ſpeciebus, præferenda eſt. (u) Quoniam autem tamdiu verbis legis ſtandum eſt, quamdiu ea obſcuritate quadam non laborat (x) & hoc loco talis non deprehendatur, licet ſit Lex Pauli cujus Leges, prout ſupra dictum eſt, omnes, (y) ita ſunt comparatæ, ut intelligi vix queant, eo tutius clariſſimis legis verbis inhæreo.

§. IV.

Summa *legis 69. ff. de R. J.* & diviſio beneficii.

Si, nullis collatis aliis legibus, conjungimus vel non conjungimus explicationem verborum *legis 69. ff. de R. I.* tamen ſe ſua ſponte ſumma legis offert, ut puta, quod beneficium Juris in invitum conferri nequeat, (a) & quod neque ad beneficium accipiendum neque ad id retinendum aliquis cogi poſſit. (b) Beneficium autem Legis conceditur alicui vel directe vel indirecte. *Directe* in Jure alicui bene fit, quando absque expreſſa ſpeciali & immediata diſpoſitione Juris Civilis

(s) de Juriſperitis Lib. 1. cap. 25. n. 4.
(t) l. 24. ff. de LL.
(u) l. 66. ff. de jud. l. 11. ff. de leg.
(x) *Hæpner* in Diſſert. inaugurali de interpretatione juris §. 7.
(y) exemplum vide in l. 9. ff. de act. rer. amot.
(a) l. 19. §. 2. ff. de donat. l. fin. C. unde legitimi. l. 16. C. de Jure delib. l. 156. §. 4. ff. de R. J. *Barboſa* ax. 18. cap. 7. l. 2. voce: Beneficium.
(b) l. 29. C. de pact. l. 41. ff. de minor. *Carpzov.* P. 3. Dec. 290. no. 3.

vilis, conditio alicujus meliorari poteſt facto tertii, vel proprio, per ſe, non vero ob Juris largitatem, alicui proficuo. Exempla vide in *l. fin. ff. de uſu & habit. l. 156. in fin. ff. de R. I. l. 62. ff. de V. O. l. 26. ff. de pact. l. 26. §. 4. ff. de condict. indeb. l. 24. C. de negot. geſt. l. 16. C. de Jur. delib. l. 9. ff. de actione rer. amot. Nov. 2. pr. §. 1. Nov. 78. cap. 11. l. fin. C. de revoc. don. l. 24. ff. depoſiti. l. 32. §. 23. ff. de don. inter vir. & uxor. l. 25. §. 11. ff de petit. hæred. l. 54. §. 1. ff. de furt. l. 19. §. 2. ff. de donat.* Huc quoque ſpectat donatio principis (c) & beneficium beneficiariorum Romanorum, (d) nec non remuneratorium, quod ex Jure naturali ut benefacientibus benefaciamus nos obligat, (e) & ſimilia. *Indirecte* vero alicui in Jure benefit, *tam*, quando beneficium Juris immediate ex LL. jam promulgatis Juribusque generalibus

(c) *Brunnemann* ad l. 3. ff. de conſt. princ. n. 2.

(d) de quo *Stewechius* in Comment. ad Vegetii Lib. de re milit. cap. 2. verbis: Beneficiarii ab eo appellati, ita dicit: Dictos cenſet Vegetius ab eo, quod beneficio Tribunorum promoverentur. Militum beneficiariorum meminit Cæſar tertio bellorum Civilium. Atqui Suetonius Tiberio venit, inquit, etiam in ſuſpicionem per quoſdam beneficii ſui centuriones a commeatu caſtra repetentes. De ejuſmodi beneficiario inſcriptionem Nemauſi repertam ex *Graſſero Reineſius* in Synt. Inſcript. antiq. claſſ. 8. n. 52. pag. 532. ſiſtit ſequentem:

D. M.
VMIDI. AVITI. MILIT.
LEG. VII. GEMIN. FELICIS.
BENEFICIARI.
IVN. OMVLLI. CONSVLAR.
CVRAT. VITRASI. POLLION.
LEGATI. AVG.

eamque ad tempora Hadriani Imperatoris pertinere ex l. 15. §. 17 ff. de excuſ. tut. probat, quoniam hic Imperator Bitraſio Pollioni legato Provinciæ Lugdunenſi reſcripſit.

(e) l. 25. §. 11. ff. de petit. heredit. *Müller* ad Struv. Synt. Jur. Civ. 6. in g. p. 278. *Barboſa* axioma V. cap. 6. Lib. II. voce: Benefacere.

bus aut ſpecialibus provenit, *quam* etiam, quando id ex lege nova ob gratiam erga aliquem in favorem alicujus tribuitur. Beneficium quod *immediate* ex LL. jam promulgatis competit vocatur commune ab *Harpprecht*, (f) ejus vero exemplum occurrit, in *l.* 5. *&* *l.* 24. *ff. de adopt. l.* 12. *&* 13. *ff. de ſolut. matrim. l.* 17. §. 12. *ff. de injur. l.* 5. *l.* 10. § 6. *ff. de bon. poſſ. contra Tabb. l.* 1. *&* 4. *C. qui bon. ced. poſſ. l.* 41. *ff. de minor. l.* 29. *C. de pact. l.* 4. *&* 5. *C. de emanc. l.* 34. *C. de tranſact. Nov.* 89. *cap.* 11. in emancipatione arrogati, beneficio venditoris quod prodeſt emtori (g) atque grandis (h) & inæſtimabilis libertatis ſervorum, (i) nec non in privilegio favorabili perſonali, partim quia beneficii vocabulum late ponitur pro privilegio & in eo ſenſu quoque certo reſpectu a me ſumitur, partim quia beneficii vocabulum eſt generale verbum & comprehendit quicquid gratis & liberaliter conceditur. Porro hoc beneficium pro ſpecie agnoſcit privilegium corporale, ut & id quod reale dicitur a Franckenberg (k) & intuitu rei ſive eccleſiaſticæ ſive ſeculari datur. Quamobrem cum v. g. prælatura, (l) Jus patronatus (m) & beneficium hoſpitale (n) ſit beneficium eccleſiaſticum reale, ſequitur, quod omnes hæ & aliæ ſpecies huc ſpectent. Seculari rei datur ſeculare reale privilegium, & complectitur v. g feu-

 dum

(f) Conſ. pag. 749. n. 379. confer. *Barboſa* ax. 13. c. 7. L. 2. voce: Beneficium. (g) l. 6. ff. de hæred. vel action. vend.

(h) l. 1. ff. de bonis libertor. (i) §. 7. J. quib. manum. non licet.

(k) Praxis moderna p. 928. voce: Beneficium.

(l) *Paulus Caſtrenſis* in l. item veniunt no. 2. ff. de pet. hered. 1. p. 176. *Maſcardus* de probation. concl. 1382.

(m) *Menoch* de præſumt. caſ. 201. n. 71.

(n) id. caſ. 201. n. 88. fol. 197. plures ſpecies vide in cit. *Maſcardo* atque confer *Schultes* Loc: commun. voce: beneficia. *Dni Berger* ſupplem. ad Elect. Diſc. for. P. II. pag. 1358. *Ræſner* Loc: commun. voce: Beneficium. *Speidelii* Quæſt. Jurid. voce: Beneficium. *Dni* Linckens Tr. de Jure Epiſcopali p. 206. 16. pag. 214. 24. *Stephani* Comment. in Nov. 123. *Ziegler* in Decretales L. 1. pag. 9.

dum, (p) bonum curmedicum (q) & ſimilia, hæc omnia ſunt iterum hic recenſenda. Quemadmodum autem beneficium, ſive privilegium perſonale, quod perſonæ quæ moriri poteſt conceditur, ad heredes non extenditur, (r) corporale tamen, quod perſonæ fictæ v. g. univerſitati non morienti tribuitur, ad alios transmittitur: (s) Ita etiam plura alia, partim ad hæredes, partim ad ſucceſſores, vel alios tranſientia huc referenda ſunt, e. g. beneficia perſonalia, quæ dignitati præprimis effigiatæ, (t) actioni & cauſæ, vel contractui, conceduntur, & extenduntur ad omnes, ad quos illa dignitas, actio, cauſa, perſecutio, vel contractus ex ſucceſſione univerſali, ſingulari, (u) vel alio modo, aut reſpective defenſorio vel procuratorio nomine (x) pertinet. Huic annumero beneficium, quod filio & uxori vivente patre & marito cui conceſſum eſt privilegium competit, ſi de eo participare poſſunt, (y) idem illud, quod deſcendit ad hæredes hæredis, quale eſt beneficium *legis ult. C. de Edict. Div. Adriani tollendo.* (a) Porro, ſi perſonæ datur privilegium favorabile, diſtinguitur an tribuat exceptionem dilatoriam, & ad hæredem non ſpectat, an peremptoriam & tunc extenditur ad heredem, ut in *l. 6. ff. de in integr. reſtit.* utrumque abſque differentia huc refero. Dantur autem in actionibus privilegia non exceptionem ſed prælationem tribuentia & quæritur quid de his ſtatuendum ſit? Reſpondetur: licet non tranſeant ad hæredes, prout cognoſci poteſt ex privilegio dotis in actione perſonali, (b) tamen

(p) *Duaren* in l. 1. Tit. de acquir. vel amitt. poſſ. p. m. 619. & de ſacr. eccleſ. miniſtr. ac beneficiis. L. II. c. 3. pag. m. 1169. *Schilter* Comment. J. F. 42. XXI. 255.

(q) quid ſit vid. *Rhetius* in Comment. ad Jus Feud. p. 390. n. 42.

(r) l. 1 in fin. ff. de Conſt. Princ. *Carpzov* P. III. Conſt. XI. Def. 5. n 5. it. P. 3. c. 28. Defin. 6. n 8. *Francus* de fidejuſſoribus cap. 3. n. 102.

(s) l. 4. §. 3 ff. de cenſ. (t) vide *Müller* diſſert. de dignitat. effig.

(u) l. 68. & in l. 196. ff. de R. J.

(x) l. 13. §. 14. ff. de damno infecto. l. 23. ff. de re judicat. & ibi *Papa* p. m. 40. (y) l. fin. C. de injur.

(a) *Tiraquell* Tract. Tom. IV. par. 2. Declar. 5. no. 24. fol. 84.

(b) leg. unic. C. de privileg. dot.

men hujus loci ſunt, una cum eo quod datur in actione reali atque extenditur ad hæredem ſuum id eſt filium. (c) Denique ſilentio prætereundum non eſt beneficium virginum, (d) prægnantium, (e) pauperum, (f) ſtudioſorum, (g) peregrinantium, (h) marium in matrimonio contrahendo, (i) ſenum, (k) diviſionis, Prætoris quod dat filiis in poteſtate potentiam abſtinendi ad inſtar emancipatorum, cedendarum actionum, reſtitutionis in integrum, ceſſionis, ordinis, inventarii, momenti, [ſive momentaneæ poſſeſſionis] (l) ſolutionis particularis, (m) repræſentationis, legitimationis per matrimonium, ætatis ſeu primogenituræ, *Legis fin. C. de acquir. poſſ. Legis 2. C. de reſcind. vendit. Legis 2. ff. de re judicata.* ceſſionis bonorum, ne quis conveniatur plus quam facere poteſt, (n) *Novellæ 135. Novellæ 4. c. 3. ſeu Auth. Hoc niſi. C. de ſolut.* moratorii, remiſſionis a nonnullis creditoribus in cæterorum præjudicium facta, civitatum debitricium, nobilium, doctorum, principum debitorum, (o) *Auth. ſi quæ mulier. C. ad SCtum Vellej. ſ. Novellæ 134. c. 8.* SCti Vellejani, ſcripturæ amiſſæ, (p) excuſſionis, deducendi in appellationis inſtantia, ſeparationis (q) nullitatis, leuterationis, appellationis, reviſionis, ſupplicationis, defenſionis & exceptionis

(c) L. 12. §. 1. v. exceptis. C. qui pot. in pignor.

(d) quod exhibet *Schæpffer* in diſſ. de Juvenum virginum privilegiis. *Donat* de virginum jure.

(e) vid. hoc in *Müller* diſſert. de jure prægnantium.

(f) vide *Beckmann* diſſ. de privilegiis pauperum.

(g) vide Liebenthal diſſ. de privilegiis ſtudioſorum.

(h) *Müller* diſſ. de Jure peregrinantium.

(i) vid. *Teller* diſſ. de deteriore fœminarum conditione in matrimonio contrahendo. (k) vide *Martini* diſſert. de jure ſenum.

(l) *Cujacius* Tom. 4. p. 10. (m) Extract aus dem Reichs-Tags-Abſchied de d. Regenſpurg d. 17. May. 1654. das Æquilibrium betreffend. Corpus Jur. Sax. Aug. Tom. II. p. 884.

(n) *Arumæus* Diſſ. 21. §6. p. 345.

(o) *Tabor* 250 252 VII. 391.

(p) *Salgado* Labyrinth. Deciſ. 17. p. 33. no. 4.

(q) *Martini* tit. 41. Proceſſ. §. 3. n. 4. & 12.

nis innocentiæ, (o) deliberandi, *legis* 3. *C. de poſtlim. reverſ.* (p) SCti Macedoniani, miſerabilium perſonarum, revocandi domum competens legatis (q) SCti Tertylliani (r) Authenticæ. Præterea *C. unde vir & uxor.* (s) Edicti divi *Trajani*, (u) quod aliquis aliquid emere & vendere libere poſſit, canonis redintegrandæ, (x) *Legis* 8. *C. de revocat. donat.* (y) braxandi, agendi & accuſandi, transactionis, reluendi bona immobilia, (z) emigrandi, (a) tutorum, (b) competentiæ, (c) patriæ poteſtatis, exceptionum in genere *dilatoriarum*, (d) *declinatoriarum fori*, contra judicem, actorem, procuratorem, libellum & citationem, *peremtoriarum* atque *mixtarum* (e) nam hoc loco beneficii vocabulum tam late ſumitur, ut comprehendat omnia Jura favorabilia, actiones, exceptiones & ſimilia. Non tamen exiſtimandum eſt, ac ſi ſtatuam, quod omnia hactenus recenſita beneficia in Saxonia Electorali Germania & apud Romanos locum habeant, vel habuerint, ſiſtere enim tantum ſtudui abſque ordine exempla varia Juris beneficiorum, quæ beneficia vocantur aut definiuntur ab allegatis interdum Doctoribus, etiamſi non indiſtincte apud nos vel Romanos inveniantur, nam ſufficit, quod fuerint vel de jure Romano beneficia invitis non danda, vel de jure Germanico & Saxonico adhuc talia exiſtant. Quæ autem beneficia in Saxonia & Germania dantur, aut quænam ſint reliqua beneficia, ita dicta vel vocanda, id aliunde conſtare debet. Beneficii Juris *ex gratia* erga

(o) *Volckmann* in Tract. Crim. p. 462.
(p) *Nitzſchius* Diſſ. ad hanc legem.
(q) *Stryck* introduct. ad Praxin. V. 18.
(r) *Hartmann Piſtoris* Lib. I. Qu. 42. no. 51. ſeq. p. 490.
(s) *Gaill* obſerv. 2. 98. no. 5. (u) *Wetteran* in C. p. 182.
(x) *Dn. Wernher.* P. I. Obſ 123.
(y) *Dn. Berger.* in œconomia p. 279. & 282.
(z) *Mencke* diſſ. ad Proceſſ. p. 525. & 584. ſequ.
(a) *Mindanus* de Proceſſ. l. 1. cap. 30.
(b) *Shræer* Inſt. Tut. & Curat. P. II. qu. 3.
(c) *Zahn* de mendaciis 2. 11. 2.
(d) vide *Rivini* ſpecimen exceptionum forenſium. *Zangerum* de exceptionibus. (e) Vide has in *Volckmann* Notariat-K. p 457. ſq. P. I.

Digitized by Google

ga aliquem conceſſi exemplum per legitimationem reſcripto principis, item per moratorium, per Privilegium alicui civitati conceſſum, ex quo Gabellas omnibus rerum in civitate venditoribus imponere & ab iis exigere poſſunt, ac ſimilia propria beneficia, nec non per impropria qualia ſunt privilegia, quibus Jus tertii lædi poteſt, v. g. ſi immunitas ab oneribus tribuitur.

§. V.

Caſus quibus illuſtratur lex 69. ff. de R. J. una cum hujus verbis atque rationibus dubitandi & decidendi.

Mens *l. 69. ff. de R. I.* per ſequentes caſus illuſtrari poteſt. Titius qui conceſſit Mevio uſum domus ſuæ, & ædificium utilius atque commodius reddere deſiderat, hoc facere nequit invito Mevio uſuario, (a) licet in hujus emolumentum utilitas totius ædificii tendat. Porro Tullia obligare ſe & renunciare poteſt valide, ſi legitime fiat, SCto *Vellejano* (b) tanquam beneficio in Jure pro ſe introducto, & ſi hoc nolit uſurpare ad utendum id invita non cogitur. Lex ipſa ita legitur: *Invito non datur beneficium.* Rationes dubitandi legis innumeræ fere dari poſſunt. Prima: quod invito etiam interdum dari deberet beneficium, v. g. ſi concurrat intereſſe tertii, utpote ſi Titius ſolvat pro Mevio invito centum thaleros atque ita ſolutio in Sempronii creditoris emolumentum vergat. Reliquæ in §§. ſequ. inſtar objectionum occurrunt, & ex *Gloſſ. in Tit. Inſt. quib. mod. toll. Oblig. l. etiam invitis.* 32. *ff. de acqu. R. D. l.* 41, *ff. de minoribus. l.* 39. *ff. de neg. geſt. l.* 62. *ff. de Verb. oblig. §.* 3. *Inſt. per quas perſonas cuique acquiritur.* &c. deſumtæ ſunt. Rationes vero decidendi ſaltem ſex ſed magni momenti inveniuntur: *Prima*, quia quilibet renunciare poteſt his, quæ pro ſe introducta ſunt. (c) *Secunda*, quia beneficium legis conditionem habet, ſi is velit uti eo in cujus favorem inductum eſt. (d) *Tertia*, quia quilibet Jus ſuum repudiare poteſt. (e) *Quarta*, quia auferri invito quid poteſt, non

(a) l. fin. ff. de uſu & habit.

(b) l. 32. §. 4. ff. ad SCtum Vellej. Haußmann Diſſ. inaug. de Certioratione SCti Vellej. §. 2.

(c) l. 29. C. de pactis.

(d) l. 31. ff. de re judicata. l. ult. C. de execut. rei judicatæ. l. 36. in pr. C. de inofficioſo teſtamento.

(e) l. 41. ff. de minor.

non dari. (f) *Quinta* quia ſuſpectus eſt, qui operam invito ingerit. (g) *Sexta*, quia ille, qui ſpernit beneficium legis ſe indignum eo reddit. (h) Quæ rationes decidendi omnes dubitandi rationes facile diſſolvunt, prout ex ſequentibus §§. magis magisque cognoſci poterit, jam prius annotationibus contenta legis illuſtraturus ſum.

§. VI.

Axiomatibus contenta *legis 69. ff. de R. J.* explicantur.

Privilegium nomine beneficii hoc loco certo modo venit, & datur contra Jus commune, legem univerſalem viribus privat, tollit ſtatuta (i) & obſervantias, invito vero beneficium non tribuendum eſt. E. beneficium contra Jus commune datum, legem generalem viribus privans, tollens ſtatuta & obſervantias, invito non datur. Omne beneficium Juris invito non datur. Emtio & venditio eſt beneficium Juris. E. invito non datur, h. e. invitus aliquis emere & vendere regulariter non cogitur. (k) Agere libere poſſe eſt beneficium. E. invitus aliquis non tenetur agere vel accuſare & ita ad beneficium non adigitur, (l) ne quidem ex lege diffamari, quoniam obligatio in hoc caſu ad agendum eſt potius pœna diffamationis quam beneficium, & quia is, qui alterum diffamat, ſe adſtringit tacite ad agendum, cum diffamare ſit ad judicium provocare. (m) Tranſactio ſive amicabilis compoſitio eſt beneficium. E. invitus nemo ad tranſactionem impellitur. (n) Patria poteſtas eſt beneficium. E. inviti non rediguntur in patriam poteſtatem.

(f) l. 19. §. 2. ff. de donat. (g) l. 25. ff. de procur.

(h) l. 37. ff. de minor. l. fin. §. 6. v. ne ludibrio. C. de bon. quæ lib. *Gaill* de Arreſtis cap. II. no. 19 pag 268. it. Lib. II Obſ. 138. n. 2.

(i) l. 3. in fin. C. de LL. *Menoch.* lib. 3. Præſumt. 40. Schultze Diſſ. de beneficio invito dato. cap. 1. n. 38. nam id quod nihil diverſum a Jure communi inducit privilegii nomen non meretur. *Colerus* Proc. Execut. P. I. cap. 4. n. 3.

(k) *Wetteran* in C. pag. 115.

(l) *Raſner* ſupplem. Loc. Comm. voce: invitus.

(m) *Rosbach* Prax. Civ. Tit. 10. no. 13. (n) O. P. S. R. Tit. 1. §. 6.

Digitized by Google

tem. (o) Omne beneficium Juris ut plurimum non in omnibus caſibus locum habet. & quando v. g. beneficium diviſionis locum non habeat videatur *Caſtrenſis*. (p) E. tunc neque volenti neque invito tribuitur. Idem dicendum eſt, ſi concurrant plura beneficia ita ut uno electo alterum ceſſet, (q) exemplum eſt in legato a debitore animo compenſandi debitum relicto quo acceptato a creditore ceſſat petitio debiti. (r) [Beneficio ſuo renuncians credens ſibi aliud beneficium eſſe collatum, ſi hoc reperiatur falſum, recuperat primum renunciatum. (s) Aſt, hoc non de invito ſed volente juſtum huc non eſt trahendum. Simili modo beneficium legis ſcriptæ quod ignoranti & abſenti prodeſt, a me non examinatur, quoniam ſupra jam monui, quod ignorans & abſens mihi non veniat nomine inviti. Ulterius non quæritur, an aliquis poſſit intentare beneficium contra aliquem, a quo habet? & an fidejuſſor poſſit reſtitutionis beneficio principali competenti uti? quia hæ quæſtiones non dicunt de invito ſed volente.] Beneficio Juris renunciaſſe videtur, is, qui documentum, in quo ea, quibus renunciat, explicantur, ipſe ſubſcripſit. (t) Qui autem renunciat eo eſt invitus. E. renuncianti beneficio Juris non datur beneficium. Sed ne nimis excurram in annotationes, ad ſtatum controverſiæ formandum & objectiones recenſendas atque diſſolvendas me converto. Quæritur nimirum in *l. 69. ff. de R. I.* an beneficium juris nunquam in invitum confera-

D tur

(o) l. fin. ff. de his qui ſui vel alien.

(p) in l. ſi dubitet. §. ita demum. no. 3. ff. de fidejuſſor. VI. p. 55. l. ſi Titius no. 2. ff. de fidejuſſ. I. p. 65. quietiam de beneficio ceſſionis, ejusmodi caſus profert. in l. fidejuſſores. §. idem. n. 3. ff. ibid. VI. p. 64.

(q) *Tiraquell* de retractu pag. 318. n. 4. Gloſſ. 9.

(r) *Caſtrenſis* in l. qui dotem. 46. ff. ſol. matrim.

(s) *Id.* in l. ſi ſub hoc. 3. ff. de inoff. teſtam. 1. pag. 164.

(t) *Dn. Wernher* Obſ. 208. P. I.

tur? & hæc quæſtio ibi affirmative deciditur, ita ut nunquam beneficium juris invito dari poſſe ſanciatur.

§. VII.

Proponitur & ſolvitur objectio prima,

Objicit *Gloſſa* (a) quod ex *Inſtitutionum* verbis: *Liberatur enim alio ſolvente, ſive ſciente, ſive ignorante debitore, vel invito eo ſolutio fiat*, ſic argumentari liceat. E. recte pro invito & contradicente ſolvi poteſt, ac beneficium omnino confertur in invitum, contra regulam *legis* 69. *ff. de R. J.* niſi hæc intelligatur tantum de privilegiis, ſive beneficiis, quæ a jure conceduntur, quorum exemplum eſt in *l.* 46. *ff. de pact.* & ſtatuatur, quod in aliis quæ ab homine dependent, beneficium etiam, in invitum decernatur. Huic ſententiæ quoque accedit *Hoppius* (b) rationem addens, cur recte pro invito ſolvatur, utpote, quia & naturalis & civilis ratio ſuadet, alienam conditionem, etiam inviti, meliorem nos facere poſſe, non deteriorem. (c) Imo exiſtimat *Hoppius* ac ſi regula *l.* 69. *ff. de R. J.* non procedat, ſi intereſſe concurrat tertii, uti hoc in caſu creditoris, quia ſic non tam invito, pro quo v. g. ſolvitur, quam illi tertio, cujus intereſt, ſcilicet Creditori qui accipit ſolutionem, beneficium datur, licet ille qui pro invito ſolvit, regreſſum non habeat, adverſus eum pro quo ſolvit, (d) quoniam donaſſe videtur quod nullo Jure cogente fecit, (e) niſi ei ceſſa fuerit actio a creditore. Eandem ſententiam fovet Schultze (f) provocans *ad l.* 39. *ff. de neg. geſt. l.* 23. 40. *&* 53. *ff. de ſolut. Vinnium ad pr. J. quibus modis tollitur obligatio, atqve Zangerum de exception. cap.* 1. *n.* 25. qui præprimis urget, quod non tantum jure Civili per leges citatas ſed etiam naturali ſancitum ſit, ut inviti meliorem reddamus conditionem. Verum enim

(a) in pr. Inſt. quibus modis tollitur obligat.
(b) in Comment. ad Inſt. cit. tit. (c) l. 39. ff. de negot. geſt.
(d) l. fin. C. de neg. geſt. l. 40. ff. de mandat. (e) l. 82. ff. de R. J.
(f) in Diſſ. de beneficio invito dato. Cap. I. n. 53.

nim vero tam ex ſupra (g) propoſitis rationibus *legis 69. ff. de R. J.* quam ex principio Juris Naturæ: Nemo eſt lædendus, contrarium aſſero. Ille enim qui aliquid fieri non vult, facto quam maxime læditur & injuria afficitur. Porro citatæ leges prorſus non dicunt de beneficio, ſed de conditione alicujus meliorata. Exiſtimat quoque Schultze (h) ac ſic beneficium ex cauſa commiſerationis, vel libertatis invito de Jure Romano obtrudi potuiſſet, ſi nimirum ſervi tanquam hæredes neceſſarii inſtituti eſſent, quoniam tunc libertatis beneficium in eos invitos conferretur. Sed ex ſequentibus totam corruere objectionem arbitror. Liberi fiebant & heredes neceſſarii exiſtebant, non ut hoc eſſet eorum ſed teſtatoris beneficium. Non poterant, enim ſervi inviti ſimpliciter fieri liberi & cives Romani, ne Jus civitatis, quod erat beneficium grande & inæſtimabile, invitis concedatur, & dignitas tantæ civitatis, quam alii magno redimebant pretio, aut ægre impetrabant, ſpernatur. Duplex deinceps eſſet beneficium, aut longe major ſe exereret benignitas, prout dicit *Imperator Leo Nov.* 102. ubi ille, qui beneficium non agnoſcit, illo tamen afficeretur. Ulterius nego quod diſtinguendum ſit, inter rationem beneficii & rationem Juris, ſive inter neceſſitatem conſequentis & conſequentiæ, aut inter beneficium revocabiliter & irrevocabiliter acquiſitum vel datum, quoties concurrit utilitas tertii, & non ejus in quem beneficium confertur. Quibus diſtinctionibus multi falluntur, & Schultze ipſe, qui eas exhibet, (i) cum tamen omnes potuiſſent colligere, quod tam definitioni, quam naturæ beneficii, repugnet, invito dari beneficium. Hoc modo tamen concedo ſi aliquis vellet dicere quod beneficium abuſive ita dictum interdum invito detur, v. g. ne per denegationem hujus beneficii invito dandi tertius lædatur. Ex iiſdem rationibus rejicio quoque diſtinctionem ab eo cum aliis (k) prolatam, inter beneficium directe & per conſequentiam

secunda, tertia, quarta,

D 2

(g) in §. 5. (h) l. c. n. 55. (i) Diſſ. cit. Cap. I. n. 58. ſq. (k) n. 65.

tiam Juris invito conceſſum. Neque *l.* 32. *ff. de A. R. D. &* 62. *ff. de V. O.* me ut contrariam amplectar ſententiam movent. Primo enim hæ leges id non probant quod probare debent & deinde etiam iis derogatur per *l.* 19. §. 2. *ff. de donat.* Ut taceam quod hæ leges a DD. Germanicis non ſint allegan-

quinta,

dæ, quia uſum apud nos prorſus nullum habent. Ceterum etiam *Schulzii* ultimum & tutiſſimum refugium *n.* 68. mihi non ſatisfacit, *quod non ita acerbe datio beneficii intelligenda ſit, ut recuſanti plane cum qvadam vi obtrudi debeat, ſed quod ſufficiat, qvod legis proviſio ejusmodi invitis tribuat beneficium, quo alias indigni forent cenſendi & quod revera ipſis commodum utut ſecundario obtrudatur.* Definitionem quoque beneficii *n.* 70. prolatam diſtincte rejicerem, ſi ſpatium diſſertationis meæ id permitteret, & hoc neceſſariiſſimum omnium eſſet. Deſtructo itaque fundamento, per ſe corruit ſuper inſtructum.

ſexta,

Matrimonium eſt beneficium. E. invitus aliquis non poteſt cogi ad matrimonium inchoandum. Et ſi forte contra æquitatem ad conſenſum matrimonialem declarandum quis ſit de facto compulſus, non ratum eſt matrimonium. *l.* 14. *C. de nupt.* *c.* 14. *ſequ. X. de Sponſ.* Fruſtra itaque diſſentit Schultze (k) licet excipiat caſum, quando aliquis metu reverentiali inductus ſponſalia celebraverit. Coacta enim voluntas etiam eſt voluntas, & præſumendum eſt, eum qui dicitur invitus, ma-

ſeptima,

gis commodo, quam metui obtemperaſſe. Adhæc quidem (l) beneficium eſt, quod, ſi maritus alicujus filiæ familias minorennis fuerit prodigus & mortuo patre ea in hæreditatem conferre debuerit dotem, ea tantum actionem adverſus maritum [ſed inanem] cohæredibus pro partibus cedere debeat. Sed quomodo hoc beneficium invitæ detur non video, cum potius impertiatur volenti, non enim invita adhuc eſt tunc quando actionem in maſſam hæreditariam con-

octava,

ferre ſtudet, licet coacte inierit nuptias. Beneficia quæ competunt uxori ex perſona mariti ad dies vitæ vel ulterius

v. g.

(k) Cap. II. n. 3. ſeqv. (l) n. 7 Cap. II.

v. g. ratione fori, nobilitatis & honoris *no.* 12. *ſequ.* deſinunt eſſe beneficia ſi invitæ tribuuntur, & fiunt coactio. Nemo ſapiens ſalutis ſuæ immemor præſumitur. E. aut, ſi mulier eſt ſapiens, non repudiabit id, quod ipſi eſt beneficium & ſaluti, aut id, quod ab aliis ducitur beneficium, tale non eſt. Nam ut aliquid beneficium ſit dependet ab accipiente. Ea quæ invita oſculatur (m) eo tempore quo baſio injuriatur eſt invita, ſed actionem injuriarum movens adverſus oſculantem, & donata capiens, iterum eſt volens. Porro honor quidem filio per ſubſequens matrimonium legitimando contingit, aſt hoc eſt beneficium quo pater & mater, imo honeſtas matrimonii fruuntur (n) & non illius qui legitimatur, nam alias invitus hoc modo legitimari non poſſet, & ſi eſſet legitimatus, ante perfectam ætatem in integrum reſtitui atque legitimatio talis ipſi intuitu nativitatis, maculæ purgandæ, dignitatis patris & opificiorum non prodeſſe deberet. Idem dicendum eſt (o) de legitimatione per reſcriptum principis. Imo ſi patris ſaltem intereſt & ille voluntarie hunc actum peragendum curat, non eſt invitus, agnatorum vero diſſenſus non curatur, quia illi non habent Jus aut beneficium quod repudiare poſſunt. Quomodo pupillis & minoribus per tutorem & curatorem beneficium obtrudatur, licet datori ejus omnibus viribus refragentur, prout exiſtimat *Schultzius*, (p) non ſatis conſtat. Licet enim de pupillis quidem res expedita ſit, quod eis invitis detur tutor: Attamen nemo comprehendere poteſt cur hoc beneficium pupillo & non potius totius reipublicæ appellandum ſit. Dependet quoque conſtitutio tutoris a mera diſpoſitione legis & non conſideranda eſt tanquam beneficium pupilli. Curator autem minori regulariter invito non obtrudebatur, (q) quoniam turpe videbatur ingenuum puberem

nona,

decima,

undecima,

 eſſe

(m) Cap. II. n. 17. ſeqv. (n) n. 38.
(o) n. 34. (p) n. 40.
(q) §. 2. Inſt. de curat.

eſſe ac curatorem habere, cum hic furoris ac prodigalitatis intuitu primo obtrudi cœperit. (r) Non enim tantum curatio cum aliquo famæ detrimento conjuncta ſed etiam iniquum erat, moribus Romanorum, libero homini rerum ſuarum adminiſtrationem interdicere. (s) E. ex hoc capite ſententia *Schultzii* vacillat, quamvis concederetur, [ſi hoc facerem] eſſe beneficium dationem tutoris. Sed ne ipſi contra ejus mentem argumenter, liceat mihi alia adhuc reſponſione dubium ejus ſolvere. Aſſerit ille (t) quod hodie ex legibus Germanicis minoribus invitis conſtituatur curator. Videtur itaque ille dicere de Jure Germanico & non de Jure Juſtinianeo. Sed reſpondeo, pro fundamento ille (u) ponit leges civiles, E. etiam debet agnoſcere leges civiles in contrarium, quatenus noſtris non ſunt abrogatæ. Si poneret fundamentum ſuum in leges Germanicas tamen erraret; quoniam hæc in ſubſidium vocant Jura civilia. Eſt autem communis regula, quod invito non detur beneficium. E. aut lex aut ille ſe fallit. In *no.* 54. *ſequ.* confunditur a *Schultzio* prohibitio legis & beneficium. Do enim caſum, Titius minorennis deſiderat eſſe tutor vel Curator Mevii, hoc fieri nequit ob prohibitionem legis, non ob beneficium aliquod minorem liberans a tutela & curatela. Eadem prohibitio legis occurrit in milite ne a militia avocetur: Unde ceſſat ejus objectio. (x) Prout autem hæ *Schultzii* objectiones uberrime remotæ ſunt ita quoque reliquæ in *cit. Diſſ.* exhibitæ, ſua ſponte corruunt. Eſſent quidem alia adhuc dubia proponenda & diſſolvenda v. g. ex *l.* 1. 2. 3. *&* 4. *ff. de lib. cauſ.* §. 2. *Inſt. de Curat.* §. 3. *Inſt. per quas perſonas nobis acqu. l.* 6. *ff. de appell. l.* 30. *l.* 40. *l.* 53. *& l.* 91. *ff. de ſolut. l.* 8. §. *ult. ff. de Novat.*

duodecima,

reliquæ objectiones.

l. 27

(r) l. 1. & 2. ff. de curat. fur.

(s) l. 2. ff. ſi a parent. quis man. l. 9. ff. rer. amot. l. 21. C. mandat. l. 70. ff. de R. V. l. 9. C. de Judæ. l. 8. ff. de in lit. Jur. conſ. *Heineccii* antiquitates in tit. 23. J. & *Hoppium* ad §. 2. tit. 23. J.

(t) no. 46. (u) in Cap. I. no. 60. & 65. (x) no. 60. ſequ.

l. 27. ff. de conſt. pec. Vaſquii controverſiis Lib. II. cap. 21. no. 8. p. 87. Sichardo in Cod. p. 860. no. 12. 13. pag. 861. no. 15. Barboſæ ax. 1. cap. 114. Lib. 9. p. 391. & ax. VI. p. 391. Gregorio de republ. Lib. IV. cap. V. no. 4. p. 99. Lib. 22. cap. 13. no. 8. p. 842. & aliis, ſed ſpatium diſſertationis id non permittit & oppoſitiones hæ ex ſuperioribus poſſunt diſſolvi.

§. VIII.

Leges tamdiu loqui præſumuntur donec probetur contrarium. Et Jus Civile id ſupplet, quod a noſtris legibus eſt omisſum. Nunc autem, quod beneficium invito dandum non ſit, nulla lege JurisGermanici aut Saxonici cautum eſt, neque contrarium in ulla reperitur. E. hæc regula apud nos, & præprimis in foris atque tribunalibus adhuc hodie locum habet. Patet hoc etiam ex *O. P. S R. tit.* 1. §. 6. ubi ſancitur, quod ad beneficium tranſactionis ſive amicabilis compoſitionis invitus cogi non debeat, ac multo clarius id colligi poteſt, ex *tit.* 17. §. 2. ubi ſucceſſoribus ſingularibus beneficio cauſam continuandi renunciare permittitur, atque ex *tit.* 14. §. 1. ubi in arbitrium alicujus ponitur, an aliquis velit uti beneficio denunciationis litis an non, *in verbis:* Will: Cum itaque hæc regula in Saxonia obſervanda ſit: ſequitur quod neque beneficium competentiæ, certis perſonis competens, & in *O. P. S. R. tit.* 52. §. 3. denuo confirmatum, neque aliud, quod vel ſupra in §. 8. recenſitum, vel ſub exemplis ibi propoſitis ſubintellectum eſt, ſive conſiſtat in beneficio vulgo ita dicto, ſive in actione, ſive in exceptione, ſive in ſimili benevola legis actione, invitis obtrudendum ſit. Quæ omnia autem ſatis oſtendunt, quod hæc lex non mediate ſed immediate ſaltem utilitatem habeat in foro, mediate enim tantum v. g. illa Juris doctrina quæ diſtinguit inter reſtitutionem in integrum tanquam remedium ordinarium & extraordinarium uſum ſuum practicum hodie exhibet, ut puta ut Judex intelligere poſſit ordinationem Proceſſus Juris Saxonici recognitam, quæ de reſtitutione in integrum tanquam remedio ordinario & extraordinario verba facit. *O. P. S. R. Tit.* 37. §. *un.*

Uſus practicus *Legis 69. ff. de R. J.*

§. IX.

§. IX.

Æquitas Legis 69. ff. de R. J.

Nulla lex Juris civilis repugnat Juri Naturæ, niſi ſit diſpoſitio ex Jure Gentium deſcendens, prout Jus vitæ & necis ſervorum. E. neque lex 69. *ff. de R. J.* æquitatem naturalem lædit. Pro fundamento enim leges civiles agnoſcunt dictamen recte rationis, quod bona præcipit, mala vetat, honeſtum ac turpe diſcernit, & eam ob cauſam ſiſtit quoque fundamentum illius legis naturalis juſtitia cordibus hominum a natura inſcripta. Jus humanum non recedit a Jure divino poſitivo E. etiam hæc lex ab eo non diſſentit. Hæc lex non contraria eſt Juri naturæ aut divino poſitivo & pro fundamento agnoſcit æquum & bonum, inculcat actionem honeſtam, quo nemo lædatur & unicuique ſuum tribuatur. E. huic legi ſumma ineſt æquitas ſcripta, ſive, lex nulla duritia vel inclementia laborat, & ad utilitatem hominum reducta eſt. Prout denique naturali æquitati ſive naturæ penitus convenit beneficium invito non dari, ita etiam, quod *παράδοξον* nec non contra naturam ſit, beneficium invito tribui, fluit in ſuperfluum ex definitionibus inviti & beneficii.

§. X.

Concluſio.

Antequam vero concludo, Summum Numen iterum invoco illudque precibus defatigo, ut hanc diſſertationem non inutilem eſſe jubeat. Tuo etiam Lector Benevole favori me ſummopere commendo atque enixe rogo, ut illud beneficii genus in me id maxime expetentem conferre atque me ubi aberravi in rectam viam reducere, ubi brevibus rem expoſui hoc excuſare ac omnia, etiam paululum liberius poſita, in bonam partem interpretari velis. Sic enim recte diſſertationem coronat

F I N I S.

BIBLIOTECA ... ROMA

MAG 2.02A398